



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Gregorius Thaumaturgus Ep. 17. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Nov. 17. VITÆ SANCTORVM. 559
tentavit dormienti. Itaque à mediâ semper nocte
AVRORAM MARIAM veneratus, tum demum sa-
cra volumina ante eburneam illius imaginem le-
gititavit, non nescius ex hujus potissimum uberi-
bus divinæ sapientiæ rivos scaturire. Archiepisc.
Cantuariensis factus affirmavit, malle se in ignē,
quām in noxam labi. Exul moriturus. Mi JESV,
exclamavit, te. testem habeo, te præter nihil um-
quām expetisse. Hujus vulnera tunc millies est
exosculatus, pectus præsertim saucium, in quod
etiam vitam expiravit, nobilem ad invidiam tu-
mulum. *Ex vitâ.*

*Si publica fama te non damnat, propria te conscienc-
tia condemnat; quoniam nemo potest seipsum fugere.
Vis numquam esse tristis, BENE VIVE. Bona vita sem-
per gaudium habet; conscientia reorum semper in pœnâ
est. S.Bern.de Int.dom.*

S. GREGORIUS THAUMATURGUS EP.

17. Novembris.

Miracula, quæ GREGORIVS patravit, pagellâ
hâc circumscribere, novum foret miracu-
lum. Famam castissimi juvenis traduxerat mu-
liercula; obsessa tamen à dæmone palinodiam
cecinit, obsidione non nisi à GREGORIO liberata.
Sub initia Pontificatûs magistram VIRGINEM
MATREM, VIRGINEMque JOANNEM habuit, di-
gnus his discipulus, utpote & ipse Virgo. Caco-
dæmoni oracula loquenti silentiū indixit, & fano
proscriptis; pòst eidem ab eviliis radicibus
tempore interas tecit. Ut fratres duo, quos lis de
paterno lacu disjunxerat, in amicitiam rursum
coirent, cedere omnem inde aquam; ut fidem te-
statam faceret, temploque exædificando locum.

Aa 4

mon-

montem aliò ambulare jussit. Iterum Lyco fluminis exundanti moram posuit scipionem suum, qui illicò frondescens ripam umbrâ suâ vestivit. Insequentis se sociumque hostis oculos ita precando fecellit, ut quos impius quarebat, arbores crederet. Moriturus è suis septemdecim dumtaxat reliquit superstitioni deditos, cùm sub adventum suum non plures Christo addictos reperiisset. Tumulum cum aliis sibi communem esse voluit, ne, quod vivus, numquam fecerat, mortuus proprii quid haberet. Suspiciant alii hæc mira; ego de GREGORIO, quod de Malachia Bernardus, dico: inter multa magnaque miracula, maximum miraculum, quod fecit, ipse fuit. *Ex Gregor. Nyss.*

Si vis utiliter aliquid scire & discere, amanesciri, & pro nihilo reputari. Hac est altissima & utilissima lectio, sui ipsius vera cognitio & respectio. De se ipso nihil tenere; & de aliis semper bene & altè sentire, magna sapientia est. Thom.de Kemp.lib.1.

S. GREGORIUS TURON. EPISC.

17.Novembbris.

Ille est GREGORIVS, cui nomen insula Turonensis fecit. Parentes illi è primâ nobilitate, nutrices à teneris annis Musæ fuerunt, quibus vicem ille tam posteà rependit, ut nesciam plusne ille Musis, an Musæ illi debeant. Puer vitam, quam à patre acceperat, bis eidem reddidit, nec sine miraculo, cùm medicinam morituro nunc ~~nomen Ireni lione inscriptum~~, nunc alter Tobias piscis exta adhibuit. Iple quoties agrotauri (o ægrotavit saepiusculè) è cælo medicos, vel D. Eli-gium vel Martinum habuit, cujus vitam rectè in templorum parietibus, sed multò rectius in animo suo